



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Eo, Qvi Dvxit In Matrimonium, quam polluit per adulterium. Titvlvs VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

CAP. VI.

Votum simplex impedit sponsalia de futuro, non autem dirimit matrimonium sequens: secus in voto solemn.

Celestinus III.

Rufus a quidam votum castitatis emittens, iuravit se quandam ducturum postea in uxorem. Unde a fraternitate tua requisiti arbitramur, quod cum simplex votum apud Deum non minus obliget, quam solenne: pro eo quod iuravit temere, penitentiam agat, & votum, quod Deo fecit, studeat observare. Quod si postquam huiusmodi praestitit iuramentum, ad nuptias proprio motu convolasset: cum votum simplex matrimonium impediatur contrahendum, non tamen dirimat jam contractum, nihil ambiguitatis quaestio tua continere videtur.

CAP. VII.

Votum solenne impedit & dirimit matrimonium post contractum.

Innocentius III. Libanen. & Colimbrien.

Episcopi.

Innuante b. I. Nobili muliere nostro est Apostolatus referatum, quod a quibusdam curialibus fuit Regi Legionien. pro ipsius copula supplicatum: quod cum ad consanguineorum eius notitiam pervenisset, ut maritum acciperet, ei sub obsecratione regia suggesterunt: ipsa vero quod tamen nollet nubere protestans, consilium accepit ab eis, quod votum emitteret castitatis, quod in manibus cuiusdam de fratribus sancti Aug. fecit, eo adjecto tenore, ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Sanè in ejusdem ordinis habitu biennio post permansit, licet id se invitam fecisse adferat, & coactam non tam metu Regio quam parentum: [1 & 7.] Tandem attedens, quod in vita votum emisisset, eo dimisso de parentum consilio, P. Michaëli e publice fuit matrimonialiter copulata: de quo d. quatuor sustulit filios tempore procedente: [2 & 7.] Nos igitur attendentes, quod in emissionem voti, quod praecessit, nulla vel modica coactio adfuisse, quam patientia & perseverantia sequentis temporis penitus profligavit, & quod sequens conjunctio potius iniqua fuit, & volenter extorta: mandamus, quatenus si praemissa veritas suffragatur, praefatam mulierem ad male dimissum religionis habitum readsumendum, & servandum quod vovit, monere & inducere procureris & (si opus fuerit) per censuram ecclesiasticam coarceat.

[1] Test hac eadem Regi quod fecerat indicavit, quod approbans utitur, ne quis ea nolente domum intraret ipsius, vel exinde aliquid exportaret. Interim vero tempore medico labente P. Curata regis literas secum portans, & F. Ferrandi dicta mulieris domum intrantes, ut ipse P. vi saltem eam duceret in uxorem, acceperunt ab ipsa quod si eam idem P. duceret ipsius manibus intrere. Postea vero dimissa domo & omnibus que habebat, in domo cuiusdam Iudae per tres, in ecclesia vero S. M. de Neiga per sex latuit septimanas, ita quod exinde propter necessitates humanas etiam egredi non auderet, tandem se coactam videns & omnibus destitutam, &c.

[2] Verum quia salutem animae desiderat omnibus anteferre, ac metuens quod huiusmodi conjunctio licita non existat, quod super his tenere debeat, edoceri responsio nostro suppliciter postulavit.]

DE EO, QUI DVXIT IN MATRIMONIUM, QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

TITVLVS VII.

CAP. I.

Si quis vivente uxore contrahit cum secunda hoc ignorante, prima mortua, ad sui petitionem non separabitur a secunda.

a Cap. 2. eod. tit. in 2. compil. b Cap. 1. eod. tit. in 3. compilat. vid. Scorum 4. sent. dist. 31. qu. 2. art. 2. & citatos in precedent. capitulis. c alias d. Michaeli P. s. b. Michaeli. d In antiqua comp. de qua, &c.

Alexander III. Abbati sancti Albani.

Propositum a est nobis, quod vir quidam uxorem habens, sibi aliam huiusmodi rei infamiam copulavit: sed prima mortua nititur discedere a secunda: [1 & infra.] Licet autem in canonibus habeatur, ut nullus copulet matrimonio, quam prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat uxore sua vivente, vel qua machinata est in mortem uxoris: quia tamen praefata mulier erat infamia, quod illam haberet uxorem viventem, nec dignum est, ut praedictus vir, qui scienter contra canones venerat, lucrum de suo dolo reportet: consultationi tuae taliter respondem, quod nisi mulier divortium petat, ad petitionem viri non sit aliquatenus separandi.

[1] Affertur quod uxore vivente, eam non licet sibi copulare.]

CAP. II.

Si vivente prima uxore & non cognita, quis contraxit cum secunda scienter, & eam cognovit, etiam mortua prima, secundam habere non potest: secus si prima erat non legitima uxor.

Idem Abbat de fontibus.

Significavit e nobis O. Andegavenfis: [1 & infra.] Mandamus, quatenus si confiterit quod eidem O. tanta vis illata fuerit, quod non sponte in primam confenserit, nec post praestitum iuramentum ipsam carnaliter cognoverit, propter hoc non dimittes, quin ad aliam, quam postea in uxorem accepit, revertendi liberam tibi facultatem. Alioquin sibi ne ad secundam revertatur sub interminatione anathematis inhibens, des illentiam ducendi aliam uxorem.

[1] Parochianus Eboracen. ecclesia per VI. de Ramen. qui est ex hac luce subtrahitur, capiens eum, tandem in vinculis ferretur & carcere tenetur, donec ipsum iurare cogit, quod A. mulierem duceret in uxorem. Cum autem vincula & carcerem evasisset, aliam uxorem accepit, de qua filios procreavit. Postea vero idem O. a praefata A. coram ven. fratre n. Eboracen. Archiepiscopo Apostol. sed. leg. tractus est in causam, coactus est iuramentum servare, quod ad illam quam sponte in uxorem acceperat, non accederet, donec illa esset iudicio ecclesiastico terminata. Ceterum quia priusquam de causa cognoscitur legitime, praenominata A. diem clausit exituum, praedictus O. ad eandem, de qua filios habuit, reverti non audeat, inde est quod d. v. p. A.]

CAP. III.

Non potest qui cum illa contrahere, quam uxore vivente copulavit, si machinata fuit in mortem uxoris.

Idem Baranen. Episcopo d.

Super hoc a quod quaesivisti, an liceat alicuiquam se contrahere matrimonium, quam uxore sua vivente sibi de facto matrimonio copulavit: Taliter respondemus, quod si adultera est in mortem uxoris aliquid machinata, sive fidem dedit, sive non, quod ea defuncta hanc esset ducturum, secundum canones ab eius consortio prohibetur, & haec prohibitio perpetua est servanda.

CAP. IV.

Qui vivente uxore, etiam ab eo separata quoad terum, secundam conciam duxit uxorem, prima mortua separabitur a secunda, sed cum alia contrahere poterit.

Clemens III.

Ex literarum f. tuarum insinuatione accepimus,

a Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. & post Concil. Lateran. part. 6. ca. 1. vid. Magistr. 4. sent. dist. 31. 5. soler etiam queri. b al. habeatur expressum. c Ca. 1. eod. tit. in 1. compil. & post Concil. Lateranen. part. 6. ca. 13. d Baranen. al. Banaten. sed Beluacen. Bajonen. Batonicen. & Baren. cetera rejicienda sunt. e Ca. 1. eod. tit. in 1. compilat. & post Concil. Lateran. p. 6. c. 16. f Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. quod





quod T. uxorem suam in adulterio deprehensam, de cui antecessoris adensu abieci: quæ postmodum a accepit habitum monachalem: sed dictus T. antequam illa deederet, aliam b superduxit: & plures suscepit filios ex eadem: [ 1 & 7. ] Frat. t. igitur resp. quod illos debes ab invicem separare. Idem verò vir, indicta ei de adulterio poenitentia, aliam ducere poterit in uxorem.

[ 1 Caserium qua supradicta mulier decessit, quid super secundæ copula fieri debeat, sedem duxisti Ap. consulendam. ]

CAP. V.

Qui vivente uxore legitima cum secunda contrahit adultera, etiam prima mortua separabitur à secunda, etiam si longo tempore ei habitaverit, & filios ex ea suscepit.

Idem c.

Quis d. haberet uxorem legitimam A. nomine I. actor presentium, cum M. adulterium perpetravit. Cumque super hoc fuisset in jus vocatus, abjuravit adulteram, & postmodum juramento contempto vivente legitima, cum ea matrimonium contrahere, & ipsi diu cohabitare præsumpsit: demum prædicta A. de presenti luce subtrahita, memoratus I. cum adultera per decennium est commoratus, de qua decem filios procreavit. Tale ergo damus consul. t. responsum, ut separantur e omnino: & eis injuncta poenitentia, perpetua continentia indicatur: præsertim cum in dies suos ambo processerint, & tandem publice in adulterio, & perjurio ex certa scientia perdurantes, ecclesiam in gravi scandalo perturbaverint.

Noti enim quod Leo Papa statuit, ut nullus ducat in matrimonium, quam adulterio polluit, & quod hic plus processum fuit, quam si fides præstita duntaxat fuisset adultera, ut defuncta legitima eam duceret in uxorem; cum eadem etiam prima f. vivente quasi matrimonialiter mœcha mœchus adhærere præsumpsit, & sacramentum suum temere violare: quod utiq; connubium (ubi etiam nulla intercessit g religio juramenti) tam b Gregor. Papa, quam Triburien. synodus: detestatur, & utrunq; hoc modo conjunctum præcepit publica poenitentia k subijci, ac perpetuo sine ulla spe conjugii permanere. Nec aliquod eisdem I. & M. adminiculum adferant, ut simul maneat, quod decennio cohabitaverunt: ad invicem, ac decem filios suscepit m, cum multiplicis prolis ita susceptæ magis eorum crimen exagget: & diuturnitas temporis peccatum non minuat, sed augmentet. Sollicitudinis tamen tuæ intererit, ut uterque liberis suis secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria subministret.

CAP. VI.

Si quis mortua uxore contrahit cum ea, quam vivente uxore sine fide donatione cognoverat, tenet matrimonium, dummodo in mentem defunctæ neuter fuerit machinatus.

Innocentius III. Episcopo Spoletano.

Significasti nobis, quod cum P. civis Spoletanus, quandam M. mulierem duxisset legitime in uxorem, ea relicta, cuidam meretrici adhæsit: [ 1 & 7. ] Verum cum uxor ipsius esset viam universæ carnis ingressa, meretricem, cui adhæserat, desponsavit. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nisi aliter eorum in mortem uxoris defunctæ fuerit machinatus, vel ea vivente sibi fidem o dederit de matrimonio contrahendo, legitimum iudices matrimonium supradictum, excommunicato manus absolutionis (si petierit) juxta formam ecclesiæ impensurus.

a Suscepit. b superduxit. c In veteri comp. hoc capit. Celsim. III. præcedenti verò Clem. III. tribuitur. d C. 2. so. tit. in 2. comp. e Vid. Bart. in l. Claudius. D. de hi quibus ut indignis. f Vox prima, desit in antiq. nec debet esse, ut constat ex gl. verb. ead. g Intercessit. h Vid. Hist. hic inducentem varias Greg. auctor. i C. 2. & 3. k publicè. l cohabitaverint. m suscepit. n C. 2. evadit. in 2. comp. o dederit.

[ 1 Et cum ab ejus contubernio ad eorum non posse legitimam revocari, ut in eum excommunicationis sententiam protulisti. ]

CAP. VII.

Si quis vivente prima secundam hujus rei insciam duxerit uxorem: mortua prima, licet remanet cum secunda, novo consensu interveniente.

Idem Messanen. capitulo.

Veniens a ad presentiam nostram G. laicus humiliter insinuatione monstravit, quod cum in civitate Lemovicen. quandam sibi matrimonialiter copulasset, ab ea recedens Messanā advenit, ubi M. mulierem insciam quod aliam haberet uxorem, sibi solenniter copulavit: verum cum eidem poenitentia fuisset injuncta, ut ad legitimam rediret uxorem, & ipse propter hoc in suam patriam rediisset, uxorem suam inveniens carnis debita perfolvisse, ad Messanam rediit civitatem, & supradictæ M. tanquam legitimæ cohabitavit uxori: [ 1 & infra. ] Licet autem vivente uxore legitima prædictam M. sibi copulare nequiverit in uxorem, quia tamen uxore defuncta, utpote à lege ipsius solutus, in eadem M. de novo potuit matrimonialiter consentire, dummodo non præstiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem uxoris: mandamus, quatenus si est ita, eidem G. ut supradictæ M. adfectu adhæreat conjugali, licentiam concedatis.

[ 1 Nunc autem impostam sibi pro priori excessu poenitentiam agenti humiliter & devotè, cohabitandi eidem M. à nobis licentiam postulavit. ]

CAP. VIII.

Contrahens cum secunda vivente prima, quam tamen non cognovit, nec ante contractum nec post, mortua prima potest contrahere cum secunda.

Gregorius IX. fratre R.

Si quis uxore vivente fide data promissit aliam se daturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nec ante nec post (legitima eius superstitè) cognovit eandem: quamvis utriusque ipsorum pro eo, quod in hoc graviter deliquerint, sit poenitentia injungenda: non est tamen matrimonium, quod cum ea contraxit, post uxoris obitum dirimendum. Ceterum tolerari non debet si prius, vel postea dum b vixerit uxor ipsius, illam adulterio polluisset.

DE CONIUGIO & LEPROFORUM.

TITVLVS VIII.

CAP. I.

Lepra superveniens non dissolvit matrimonium, nec matrimonii effectum: ideo ad invicem maritali affectione conjuncti se tractare debent, aut ad perpetuam continentiam convendendam induci.

Alexander III. Cantuarien. Archiepiscopo.

Ervenit d ad nos, quod cum hi, qui lepra morbum incurrunt, de consuetudine generali, à communione hominum separantur, nec uxores viros, nec viri uxores taliter agrotantes sequuntur. Quoniam igitur cum vir & uxor una caro sint, non debet alter sine altero esse diutius: mandamus, quatenus, ut uxores viros, & viri uxores, qui lepræ morbum incurrunt, sequantur, & eis conjugali affectione ministrent, sollicitis exhortationibus inducere non postponas. Si verò ad hoc induci non potuerint, eis arctius injungas, ut uterq; altero vivente continentiam servet. Quod si mandatum tuum servare contempserint, vinculo excommunicationis adstringas.

a Cap. 2. eod. tit. in 3. compil. b vixit. c Vid. B. Thom. 4. sent. dist. 32. q. 1. art. 1. d Ca. 1. eod. tit. in 2. compil. & post. Com. Inter. p. 37. 62.